



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Taurorum agitatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

388 TAVROR. AGITATIO.

Regularis dimisso habitu sine licentia audiens leges , aut Medicinam ; & Doctor eum in scholis temerè detinens , & docens , ambo excommunicantur excommunicatione Papali , si tamen effectus sequatur : nam licet Regularis sit eo animo egressus clauistro , si tamen mutet consilium , v. g. studeat licetis , neque ille , neque participans eam incurruunt , licet aliam non evadant . art. 3. & q. 64.

S Y N D I C V S.

Vide Procurator.

TAVRORVM AGITATIO.

Olim constitutione Pij V. prohibebantur taurorum agitacionibus interesse omnes Clerici , & Regulares etiam Feriatis diebus , & sine scandalo , sub excommunicatione ferenda ; quam quidem Clem. VIII. relaxauit quoad Clericos , sed confirmauit quoad Regulares ; unde iam eis non licet quacunque intentione , sub peccato mortali . to. 3. q. 68. ar. 1.

Hoc præceptum se extendit etiam ad Canonicos Regulares , cum fundetur

TESTAMENTVM. 389
detur in Religione, & illi sint verē
Religiosi: non autem ad milites
Regulares; nisi ad eorum Clericos.
art. 3. & 4.

TESTAMENTVM.

Vide Episcopus, Hæreditas, Nouitius.

Peccat Regularis quicumque,
etiam Canonicus, aut Prælatus,
condens testamentū ante mortem,
vel dans memoriale suæ vltimæ vo-
luntatis circa dispositionem suarum
supellec̄tium cum intentione ob-
ligandi, & testamentum est nul-
lum à iure, ad quod minimè suffra-
gari potest licentia Prælati, quæ
nulla est in hac parte. Excusatur ta-
men qui liberos habuerit ante pro-
fessionem, quibus antè non diuise-
rat portionem legitimam: tūc enim
potest illis eam diuidere, reliquis
manentibus Monasterio. Facultas
tamen est penes summum Pontifi-
cem licentiam faciendi ad testan-
dum absque dispensatione in voto;
cū ad hoc non requiratur proprie-
tas; sed sufficiat administratio. tom.
3.q.69.art.2.

Professus non potest, etiam de
licentia sui Superioris, reuocare,

B b 3 295